Maximum bonoꝝ exteriorum eſt honor
Prau⁹ honore nō eſt dign⁹ Honor eſt ꝑmiū virtutis
Scd̄m virtutem ſolus bonus eſt honorandus
Uirtuti ꝑfecte non fit honor dignus
Non iraſci in quibus oportet inſipientis eſt
Iniuriantē ſuſtinere ꝛ ſeruilē ſiue familiarē decipe ſeruile eſt.
Malum ſeipſum deſtruit.
Malum ſi integre fuerit importabile erit
Qualis vnuſquiſqꝫ eſt talia dicit: talia opaꝛ: ꝛ taliter viuit
Omne mendaciū eſt fugiendum
Uerum bonnm eſt et laudabile.
Uerax laudandus eſt mendax aūt vituperandus.
Jactator maxime eſt vituperandus
Requies et ludus in vita videntur eſſe neceſſaria
Uerecundia eſt timor ingloriationis.
Uerecundia non ꝯuenit omni etati ſed iuuenili. Uñ iuuenes verecūdos laudamus. ſenem aūt verecūdū vitupamus. qꝛ ſenex caueat id de quo verecūdabiꝛ.
Sequūtur auto. v. libri ethicorum ariſtotelis
Iuſtū vnū o ꝑpoſitoꝝ dicitur multis modis. ꝛ reliquū
Que ſimpliciter ſunt bona hoib⁹ ꝑ his orāt ꝛ illa q̄rūt.
Preclariſſima virtutum eſt iuſticia. neqꝫ heſperus neqꝫ lucifer ita mirabilis ſicut iuſticia
Principatus virum oſtendit
Peſſim⁹ ē ille q̄ nō ſolū vtiꝛ malicia ad ſe. ſed etiā ad alios
Optim⁹ ē ille q̄ nō ſolū vtiꝛ bonitate. i. vir tute ad ſe. ſꝫ etiā ad alios.
Duplex eſt iuſticia ſcꝫ totalis et partialis
Partialis eſt duplex ſcꝫ ꝯmutatiua ꝛ diſtributiua. Cōmutatiua ē duplex. ſ. volūtaria ꝛ n̄ volūtaria. nō volūtaria ē duplex ſcꝫ occulta ꝛ manifeſta. occulta vt fur tū adulteriū. manifeſta
Min⁹ malū ē mag̃ eligibile maiori malo Lvt vincl'a ꝛ ꝟbera
Ubicūqꝫ repiꝛ mai⁹ ꝛ min⁹ ibi repiꝛ mediū et equale
Oportet te famulari illi qui bene fecit.
Denari⁹ eſt mēſura oīm reꝝ qꝛ eſt fideiuſſor nr̄ in omī aduerſitate vel neceſſitate pro qualibꝫ re qua indigemus.
Primū inſtitutum debet cuſtodiri.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Princeps debet cuſtodire iuſtum
Duplex eſt ius ſcꝫ naturale ⁊ legale Naturale eſt qđ apud om nes hꝫ eandē potentiam. Legale aūt inſtitutū eſt a lege.
Sacrificare diis ſimpliciter eſt naturale. ſed ſacrificare hoc vel illud iſti vel illi eſt ad placitum.
Lex prohibet ſeipſum interficere
Nullus proprie poteſt ſibiipſi iniuriam facere.
¶ Sequūtur aucto. vi. libri ethicoꝝ ariſtotelis
Non ſufficit ad ſciam alicuiꝰ ꝙ ſciat̃ in vniuerſali ⁊ ꝯfuſe. ſed oportet ſcire determinate ⁊ diſtincte
Omnis cognitio fit ſm̄ ſimilitudinem.
Conſilium debꝫ eſſe de his que poſſunt ſe aliter habere
Conſiliū nō debꝫ eſſe de preteritis ſed de futuris. qꝛ qđ factū eſt nō pt̄ eē nō factū. Vn̄ dicit Agaton. Genitum facere non genitum hoc ſolo priuat̃ deus
Verum bonum eſt intellectus
Quinqꝫ ſunt in anima quibꝰ veꝝ dicit̃. ſcꝫ ars. ſcientia. ſapiē tia: intellectus: ⁊ prudentia.
Scia eſt de his q̄ nō pn̄t aliter ſe habere. i. de eternis.
Dis doctrina eſt ex precognitis vel eſt de precognitis.
Ars eſt recta ratio factibiliū.
Prudentia eſt recta ratio agibilium
Sapientia eſt cognitio rerum diuinaꝝ habens caput inter omnes alias ſcientias
Sapientia eſt certiſſima omniū aliaꝝ ſciaꝝ.
Iuuenes nō pn̄t eſſe prudentes. qꝛ prudentia prerequirit ex perientiam que indiget tempore.
Multitudo tp̄is facit experientiam
Ad principia non eſt ratio
Conſiliata oportꝫ opari velociter. ꝯſiliari aūt tarde
Impoſſibile eſt prudentē. i. ſapientem non eſſe bonum
Habens vnā virtutem habet omnes
¶ Sequūtur aucto. vii. libri ethicorum ariſtotelis
Sicut beſtie nec malicia nec virtꝰ attribuit̃ ꝓprie. ſic nec deo. ſed deo honorabiliꝰ aliquid virtute. beſtie vero ali qđ genus malicie: ſcꝫ beſtialitas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf